

S V M M A D O M I N I H O -  
S T I E N S I S S V P E R T I -  
tulo de præscriptionibus.



Quoniam in huius operis præmio pollicitus sum: ut antiquitati debitus honor deferatur: in calce eiusdem operis inserere scripta Reuerendissimi & summi vtriusque celsuræ Monarchæ domini Henrici olim Hostiensis Episcopi & sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalis supremi: qui fuit præceptor domini Guilielmi Durandi Speculatoris: ut dicit Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de offic. iudi. & de quo sic loquitur ipse Specu. in præ. sui operis. col. iij. nouissimè autem due stellæ lucidissimæ nostris temporibus mirificè rutilarunt: videlicet sanctissimæ reuerendationis do. Innoc. Papa quartus pater iuris: & Reuerendus pater dominus meus Henricus dei gratia Hostiensis Episcopus lumen iuris: quorum veneranda memoria fulget, ut splendor firmamenti perpetui: velut stellæ in æternitates perpetuas permansuræ cum cætos incomparabiliter transcenderint, cuiusque magnitudinem maiori excellentia obumbrantes, sicut eorum opera iudicant euidenter. Quicquid namque alibi circa iuris theoreticam quaeritur in eorum scriptis perfectissimè reperitur. Hæc sunt verba Specu.

Qui quidem *Hosti. oriundus* fuit de Secuxia diocesis Taurinensis ut ipse aperte profiteretur in summa. in titu. de testi. §. j. colum. ij. versicu. quid de heremofrodito. Et idè attestatur Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de rescript. ut refert do. Bapti. de sancto Seue. in tract. de modo studen. col. vj. ultra med. Sequuntur igitur dicta ipsius domini Hostien. in summa sub titulo de præscriptionibus.

De præscriptionibus. Rubrica.

Ex quo vidimus de exceptionibus in genere dicamus in specie. & sic apponamus rubricam de præscriptionibus: & quia præscriptionum alia vertitur circa res mobiles in speciale nomen transiens, quæ dicitur usufructus. Alia vero circa res

# TRACTATUS VSVCA- PIONVM ET PRAESCRI- PTIONVM TEMPORA BRE-

uiter & dilucidè explicans, autore Ioan.

Oldendorpio Iurifconsulto

clarissimo.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Temporis observatio quam sit omnibus in rebus necessaria.*
- 2 *Opportunitatis imago quàm in apud antiquos fuerit, & quàm ob causam ab illis depicta proponeretur?*
- 3 *Interpretatio verborum etsi prior est, verum tamen potior est.*  
*Vsucapio Unde dicta?*  
*Pignoris captionem veteres dicebant pignoris ablationem.*
- 4 *Præscriptio Iurifconsultis quid significet? & sub nume. 6.*
- 5 *Vsucapionem a præscriptione rectè ne distinxerint hactenus iuris interpretes?*
- 6 *Vsucapio ex propria significatione refertur ad acquisitionem rerum mobilium & immobilium.*
- 7 *Vsucapionis definitio.*
- 8 *Dominium per quod vsucapionem adicitur, sit ne directum an utile?*
- 9 *Vsucapio sine possessione non procedit.*  
*Continua possessio qua dicatur?*
- 10 *Possessio auctoris accedit successoris.*
- 11 *Hæredita, non adita personam defuncti sustinet: ac propterea vsucapionem a defuncto captionem complet.*
- 12 *Possessio qua vsucapionem inducit, iusta esse debet.*
- 13 *Tutius quid sit, & Unde dicatur?*
- 14 *Possessio sine titulo vsucapionem non parit.*
- 15 *Titulus (pro suo) generalis est ad dominij acquirendi causas.*
- 16 *Vsucapio bonam fidem possidentis exigit. & nu. 20.*
- 17 *Bona fides, quod attinet ad vsucapionem, quid sit?*  
*Titulum habens, non semper bonam fidem habet: nec e contrario.*
- 18 *Bona fides sine titulo ad vsucapionem non prodest.*
- 19 *Error alieni facti non etiam proprii bonæ fides possessorem excusat.*
- 20 *Error iuris vsucapientis semper nocet.*
- 21 *Auctoris mala fides noceat necno successoris bonæ fides?*
- 22 *Mala fides defuncti nocet hæredi etiam bonæ fidei possidenti.*